




C  
DI  
C





390

S

# CONRA

DI VEGERII FVNEBRIS  
 ORATIO IN' MOR/  
 TEM DIVI HADRIA  
 NI .VI. PONTIFI  
 CIS MAXIMI HA  
 BITA ROME  
 IN REVEREN  
 DISSIMO R<sup>o</sup>  
 S. R. ECC.  
 CARD.  
 CONSESSV.





Con



niq ap  
q ille o  
quo ap  
concio  
quem o  
est, in p  
q si qu  
lum) i  
certe la  
& vest  
& vetu  
animu  
cadidit  
nia, &  
ad dign  
tuat: pr  
prouin  
ri bona  
me ob  
pertine  
stremi  
me diu  
plus. x  
die Pa  
rem an  
quin

391  
2.

Conradi Vegerii Oratio habita in funere Sanctissimi  
Domini nostri Hadriani Sexti Pont. Max.



I Græciæ quondam lumen Demosthenem Pa-  
tres Amplissimi, in principiis dicendi exhorruis-  
se legimus, quid me nunc facere conuenit, ho-  
minem nullo aut certe perq̄ tenui vel ingenio  
vel doctrina vel item eloquentia præditum, de-  
niq̄ apud gentes non latinas, & ortū, & institutum: Eo magis  
q̄ ille quidē oraturus Athenis, hoc minus negotiū sustinebat  
quo apud parum Illustres, atq̄ adeo vnius Ciuitatis homines  
concionari parabat. Mei incepti longe alia est ratio. Quippe  
quem orationem habere, apud Sacrosanctæ Ro. Ecc. Car. hoc  
est, in publico Concilio terratū Orbis, oporteat. Vel maxime  
q̄ si quid olim in Oratoria profecerim, (quod fuit sane pusil-  
lum) id omne diuturna intermissione dicēdi vel euanuit, vel  
certe labem rubiginemq̄ contraxit. Que quum ita sint, tamē  
& vestra Amplissimi Patres summa ac singularis humanitas,  
& vetus hic laudatusq̄ mos, præterea officii mei necessitas,  
animū mihi reddiderunt. Quis. n. apud eruditissimos simul &  
cādidiſſimos Ecclesiæ summos Antistites (qui & fouere inge-  
nia, & erigere ad virtutem cōsueuerunt) de rebus q̄ maxime  
ad dignitatē humanę conditionis pertinentibus differere me  
tuat: præsertim si non vltro atq̄ impudenter sese ingerat, sed  
prouinciam sibi de mādātā exequi conetur. Quumq̄ serua-  
ri bonas consuetudines plurimum Reip. referat, id q̄ maxi-  
me obseruādum videtur in his quę ad mortuorum memoriā  
pertinent. Quid. n. boni ab eo expectes, q̄ in exhibendis ēt po-  
stremis officiis lētum sese parumq̄ gratum præbeat: Tametsi  
me diuersa quoq̄ ratio, vt huc prodirem, induxit. Quum. n.  
plus. xv. Annis inter clientes Optimi Pontificis cui hodierno  
die Parentalia facimus, numeratus fuerim, Ingentemq̄ dolo-  
rem animi ex illius morte acceperim, temperare non potui,  
quin obsecutus petenti familie, munus orandi susciperem.

Incipit de  
defun. H.

Magis adeo Patres Amplissimi ut in meo maximo atque acerbissimo merore quodammodo (si fieri posset) conquiescere, quo dignam tanto hoc tanque celebri confesso Orationem afferre me posse sperarem. Itaque quum ceteras res omnes Patres Amplissimi, Natura communis Parens bene & sapienter instituit, Tum vita functorum memoriam praecipua quadam atque augustiore lege sanxisse videtur. Nam si recte censeas, reliquae fere actiones hominum in id duntaxat comparate noscuntur, ut vel Celites debitis honoribus prosequamur, vel humanae societati retinendae, simul & propagandae posteritati consulamus. Neque enim templa Pontificisque & Sacerdotia alio proposito erigimus, quam ut immortalis Deo, quae sua sunt, rite persolvamus. Neque item liberorum educationi studemus aliter quam ut humanitati conservandae providere possimus. Adeo ut si quis utriusque rei peragendae toto etiam vitae spatio curam adhibeat, Id demum efficiet, ut & auctorem rerum Deum esse fateatur, & seipsum tandem non nisi mortalem agnoscat. In celebranda autem defunctorum memoria, quum alia utilia multa, tum id quod saepe diuque apud ingeniosissimos veteres disputatum est, propemodum certum assequimur, ut videlicet genus humanum divinae mentis particeps esse colligamus. Quis est enim tam vel peruersus vel hebes, ut quum ex hac parte dubitari inter sapientes de animorum immortalitate audierit, ex alia vero, passim apud omnes populos iis qui mortem obierunt iusta fieri, funeraque duci conspexerit, non aliquid diuinitatis inesse homini, tacitus secum ipse consentiat? Neque enim tam preposterum esse gentes ipsas credendum est, ut quas hominum animas simul cum corporibus interituras arbitrentur, eis honores propemodum caelestes post fata persolvant. Quin illud potius Naturam (quo tempore humanis mentibus curam mortuorum indidit) praesentulisse existimandum est, Superesse ac manere non nihil post exhalatum spiritum, quod colere venerarique eos quos superstites esse contingit, oporteat. Et haec tanta tanque anceps disceptatio quum plures per Annos intergentium Philosophos miserabili animorum caecitate tenuisset, Dominus & Deus noster

Iesus  
minur  
ta Cat  
les esse  
Charit  
quum  
est ob  
etimon  
forte in  
iuuctu  
dum i  
simum  
merito  
ris, ea  
minif  
tissim  
mi co  
mores  
iecti,  
uitate  
gentes  
bus re  
dore  
cepit  
Gym  
Gran  
perce  
ta dil  
re or  
ptura  
multe  
plo re  
Deca  
tem r  
quod ut

Iesus Christus sua salutari doctrina eum quoque nodum ex hominum mentibus sustulit. Cuius diuinum institutum imitata Catholica Mater Ecclesia, & animas hominum immortales esse est attestata, & ex hac vita migrantes precibus aliisque Charitatis operibus solari colique precipit. Quod quidem quum in vniuersum constituerit, quanto accuratius erga eos est obseruandum, qui summum Sacerdotium qua decuit sanctimonia atque integritate gesserunt. Ita n. fiet & ut oberrans forte in celesti itinere animus, piis viuentium actionibus adiuuetur, & ceteris adhuc in vita degentibus ad recte agendum incitamenta prebeantur. Quo in numero innocentissimum nuper nobis ereptum Hadrianum Pontificem, iure meritoque reponimus. Is. h. hanc summam dignitatem in terris, ea religione, continentia, iustitia, aequitateque, & cepit & administravit, ut in Albo bonorum Pontificum censi meritisime possit. Quod ut clarius pleniusque Patres amplissimi cognoscatis, quaeso diligenter attendite, dum vitam & mores illius ordine denarrauero. Natus est Hadrianus Traiecti, nobili inferioris Germaniae, qua Galliam spectat, Ciuitate. Anno Christi Dei & hominis Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono, Mense Martio, Parentibus religione & probitate, quam opulencia, aut Natalium splendore clarioribus. Is postquam prima litterarum rudimenta percepit, Louanium in Belgas, vbi publicum studiorum Gymnasium pauloante erectum fuerat, missus est. Ibi mox Grammatica ceterisque disciplinis quas liberales appellant perceptis, ad sacras litteras sese contulit. In quibus tanta diligentia desudauit, adeoque promouit, ut breui tempore omnium praceptorum suffragiis Lauream diuinae scripturae adeptus, aequalium facile Princeps euaserit. Neque multo post, a Canonicorum Collegio (quod ibidem in templo religiosissimo, Apostolorum Principi fundatum est) in Decanum eligitur. Tum primum maiorem opportunitatem melius sanctiusque viuendi nactus, nihil aliud fere egit, quam ut & summa cum cura Theologicam professionem obiret.

*debet ad regni et fortunam*

25

ret, & Templum quotidie viferet, vel Psalmis modulans  
dis, vel offerendo sacrificio, vel item sacris ad plebem con-  
cionibus habendis intentus. Sed & ne creditum ei superne  
talentum sub modio condidisse putaretur, utq; non modo  
sui temporis hominibus sed & posteris, salutifera doctrina  
prodesse posset, Inter alios libellos volumina Duo conscrip-  
sit. Altero Commentarios in librum sententiarum Quartum  
complexus. Altero Questionibus Miscellaneis (quas Quot  
libeticas vocant) tractatis atq; absolutis. Quorum operum,  
ob eximiam eorum tum doctrinam, tum simplicem atq; a  
vulgari disputantium ambitione semotam tradendi ratio-  
nem, eiusmodi apud eruditos est precium atq; iudicium, ut  
iam pridem / passim habeantur in manibus. Quæ licet præ-  
lo postmodum ab amicis tradita fuerint, Ille tamen & igno-  
rauit, & quum rescivisset, plurimum fuit indignatus. De-  
niq; ut examissim ostenderet quanto amore studia sacra-  
rum litterarum prosequeretur, Aedes in eodem oppido nec  
paruo sumptu, nec elegantia contemnenda condidit, quas  
postea in habitationem aliquot iuuenum vacantium Theo-  
logiæ conuerteret. Quod vite genus (utpote Christianis-  
simo homini q̄ maxime consentaneum) quum per complu-  
res Annos exegisset, Nominisq; eius fama longe ac late per-  
uolaret, Gloriosissimæ memoriæ Imperatori Maximiliano,  
de Caroli Nepotis, tunc ex Ephēbis excedentis, nunc aus-  
tem Cæsaris, disciplina atq; institutione sollicito, visum est,  
neminem sese rectius, q̄ egregium suæ ætatis Doctorem  
summo futuro Principi posse adiungere. Mittit itaq; qui  
cum homine agant, de subenuda noua prouincia. Quam  
quum sapius a se repudiatam ægre tandem suscepisset, pro-  
tinus Regio adolescentulo eam imprimis curam adhibuit,  
vbi Deum diuinæq; omnia religiosissime simul ac modestis-  
sime colere vereriq; & disceret & assuesceret. Tum deinde,  
Iustitiæ, Pietatis, Clementiæ ceterarumq; Regiarum virtu-  
tum amorem ac studium amplecti inciperet. Hisq; atq; hu-  
iusmodi aliis sanctis documentis tradendis breui dierum in-

teruallo tenerum animum eduxit, vt & amplissime  
 successioni, cui tum destinabatur, q̄ maxime haberetur ido-  
 neus, & ab eo deinde tempore non pauca præclaræ insti-  
 tionis exempla testimoniaq; ediderit. Forte accidit, vt idem  
 Princeps Auum Maternum Ferdinandum, in Hispania lon-  
 ge tum lateq; regnantem & iam ætate confectum, per Lega-  
 tionem inuisere cuperet, Cumq; de homine ad eam prouin-  
 ciam conducente circumspiceret, de consilii eius sententia  
 nemo oblatuſ est, quem rectius eo, q̄ Hadrianum destina-  
 ret. Neq; n. alius quisq; seni Regi futuri heredis indolem  
 plenius demonstrare posse videbatur, q̄ a quo priuate fuerat  
 institutus. Ita Hadrianus terrestre iter ingressus, mox vt Lu-  
 teriam Parisiorum venit, non ilico progrediendum, sed po-  
 tius diebus aliquot consistendum putauit, quoad nobilem  
 Academiam coram introspiceret. Quare Sorbonem præci-  
 puam Philosophantium ibidem Stationem ingressus, & dif-  
 ferentes studiosissime audiuit, & ipse quoq; accurate ac fami-  
 liariter vna disputauit. Inde ceptum iter repetens, vt ad Fer-  
 dinandum peruenit, singulari ab eo honore & benignitate  
 acceptus est, Non tam ideo, q̄ a Nepote, & maiore natu,  
 & haud dum etiam uiso moxq; successuro, mitteretur, q̄ q̄  
 nulla ad illum, ante eam diem Legatio ab iuvene Principe  
 aduenisset. Dum aliquot autem Annis ibidem egisset, eue-  
 nit vt Dertusensis Ecclesia Pastorem amitteret. Cui quum  
 prouidentissimi Proceres, defuncto tum Rege gubernacula  
 Reip. possidentes, de idoneo Præsule consulere cuperent, ad  
 Carolum in Belgis agentem pro Hadriano ad sacrum mu-  
 nus euehendo, tametsi inuitissimo, certatim diligenterq; scrip-  
 serunt. Isq; longiore consultatione sublata eundem supradis-  
 cte Ecclesie a Romano Pontifice præficiendum curauit. Cui  
 protinus & Inquisitoris generalis, Hæretice prauitatis, am-  
 plissimum in Regnis illis officium, pari fiducia demanda-  
 uit. Quæ vtraq; ille ea solertia atq; integritate administra-  
 uit vt paulopost a Leone Pontifice ob has aliasq; insignes  
 eius virtutes, in eminentissimum Sanctæ Romanæ Ecclesie

Cardinalium cetum legeretur. Paucis post Mensibus acci-  
dit, vt Carolus Rex ad capeſſendam Romani Regni Coro-  
nam Germaniam repetens, neceſſe haberet Gubernationē  
Regnorum Hispaniæ fido atq; prudenti cuiſpiam delegare.  
Sed nec hic quoq; diu deliberatio tracta eſt. Adeo vt confe-  
ſſim tantum tamq; amplum gubernandi negotium Hadria-  
no committeret. Cumq; tam ſplendida atq; exquisita mune-  
ra in eum (ne cogitantem quidem, nedum vt tale quicq; ap-  
peteret, quin potius inuitum) plena, vt aiunt, manu Fortu-  
na congeſſiſſet. Ille tamen acceſſione continuę felicitatis,  
eam maxime dedit operam, ne cui inſoleſcere, neue ad af-  
fluentes opes cor apponere videretur. Adeo vt quo magis  
Fortuna ridebat, hoc attentioſam rationem humilitatis atq;  
modestia illum habere conſtaret. Porro dum tantarum vir-  
tutum experimentis animum exornare pergit, placuit Deo  
Opt. Max. fidelem ſeruum ſalubris tentationis probare acu-  
leo. Namq; ſtatim poſt profectionem Regiam plebs Hiſpa-  
na in cruentiſſimam ſeditionem prolapſa, cędibus, incen-  
diſq;, ac direptionibus cuncta permiſcuit. Quam dum pru-  
dentiffimus Pater, ſicuti grauem & integrum Gubernato-  
rem decuit, caſtigare tollereq; nititur, exprimere non poſ-  
ſum, quantum laboris ſollicitudinumq; & vigiliarum ſu-  
ſceperit. Quoties vitę, quoties rerum periculum, discrim-  
enq; manuſtatum adierit. Quę tamen omnia, ſingulari Dei  
preſidio (in quo vno ſpem ſuam reponebat) publici boni  
gratia & intrepide ſubiit & innoxie ſuperauit. Norat enim  
ſcriptum eſſe, idq; aſſidue habebat in ore. Cum placuerint  
Domino vię hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pa-  
cem. Illud quoq; in quantumuis flagranti & pernicioſo tu-  
multu Iuſtitia ac Moderatione ſua conſecutus eſt. Vt inque-  
ta plebs ſi quando quid ſeuerius in ſe ſtatutum a Senatu  
audiret, in Collegas illius, quos Duos habebat, culpam  
coniiceret. Sin lenius ſecum agi cerneret, id beneficium  
non niſi Hadriano ferret acceptum. Interea deferuentibus  
popularibus odiis, ac pleriq; facinoroſorum, vt oportuit,

g. X. i. b. t.

emen  
aliqua  
num  
quide  
euent  
Nec  
peran  
bria  
miſſu  
fauſta  
non  
re cre  
tione  
Com  
Sacro  
re atq  
(quo  
tandu  
digni  
Ceter  
eſſe c  
te or  
poſſe  
raco  
tum  
bus/v  
dit in  
Mari  
greſſ  
ſtri v  
tioni  
Chri  
cepit  
tia m  
muis  
potu

emendatis, mors Leonis Pontificis interuenit. Variantibusque aliquandiu Sacratissimi cetus huius suffragiis, tandem Hadrianum summum Pontificem renunciari contigit. Ne vestrum quidem quoque, ut optime nostis amplissimi Patres, eiusmodi euentum expectante, nedum ut ille tale quicquam cogitaret. Nec mora, Tabellarii magnis itineribus in Hispaniam properant, optatissimum Nuntium delaturi. Victoriae Cantabriae opido tum agebat Senex Sanctissimus. Cui quum is qui missus fuerat, reddita Epistola gestiens, sacrum pedem inter faustas acclamationes deosculari cuperet, diu repugnauit, ac non nisi perlectis tandem litteris, agerrimeque inopinatissima re credita, veneranti morem gessit. In cetera tamen viuendi ratione nihil variare sustinuit, quoad certiora omnia de exitu Comitiorum afferratur. Tum demum gratiis immortali Deo, Sacroque Collegio actis, more Romanorum Pontificum agere atque ingredi cepit, sequi venerari passus est. Nomen item (quod per multas ante aetates contra obseruatum fuerat) mutandum non censuit. Videlicet, quo per adiectionem summe dignitatis, pristinae animi moderationi nihil additum denotaret. Ceterum quum Reipublice Christianae plurimum inter esse cerneret, ut primum in Italiam sese conferret, eam ante omnia cogitationem suscepit, uti transitum huiusmodi quam posset citissime absolueret. Itaque nauigationem amplexus, Taraconem statim petiit, ubi paucos moratus dies, Nautisetiam tum maris habitum intempestiuum ad nauigandum causantibus, utque manere vellet obtestantibus, nauim securus conscendit intraque paucos dies Genuam tetigit. Inde secundum inferi Maris oram in Ciuitate Veterem, & paulopost Romam ingressus est. Debita prius atque amplissima Sacri Collegii vestri veneratione exceptus. In vrbe autem, sancte Coronationis Ceremoniis absolutis, ad restituenda quae passim per Christianam Remp. medelis indigere cognouerat, animum cepit intendere. Quod quum maxime moliretur, pestilentia magna vi terroreque Ciuitatem inuasit. Ille tamen, quantumuis crebris atque etiam domesticis funeribus, adduci non potuit, ut ad loca salubriora quoque secederet. Quin quidam tristis

*l. s. h. a. ciuitas*

*l. s. h. a. ciuitas*

simi mali seuitia perdurabat, pedem Palatio non extulit. Vide  
licet ne deserere rursusq; in precipiti relinquere Urbem, &  
diuturno Interregno & grauitate celi afflictam videretur.  
Omnium itaq; primū Apostolicum Nuncium in Germaniā  
ob plectendam Luteranorum insaniam ad Principum illorū  
conuentum Norimbergam dimisit. Mox diuersas in partes  
alias, Nuncios itidem destinauit, qui dissidentes vel bellis im  
plicitos Reges in concordiam restituerent, si quum (sic Deo  
volente) parum proficerent, vsq; adeo perculsus animo con  
fictatusq; est, vt nō minima cā letiferi morbi ex quo postmo  
dum obiit, ex eo mentis dolore nata credatur. Cumq; Reges  
in belligerando vsq; perstare, neq; solide pacis vllam rationē  
admittere velle cōspiceret, Illis quidē Triēnes Inducias (gra  
uium etiam penarum interminatiōe adiecta) indixit. Ipse autē  
quum nec Induciarum equam ratiōem haberi, nec aliud fess  
sis rebus auxilium suppetere cerneret, cum Principibus & po  
pulis Italis, de Vrbe eademq; Italia contra Infideles defenden  
da, fēdus percussit. Ad hoc, grandem pecuniam per. S. R. Ec.  
Car. Legatum a latere misit ad Vngaros, vt Regnum illud in  
cursioni Turcarum obnoxium in fide contineret. Aliis quoq;  
Christianis per Dalmatiam atq; Illyricum degentibus, eorū  
demq; hostium immanitatem nimio opere formidantibus, itidem  
pecūia comeatuq; (tametsi magna nūmarie rei inopia preme  
retur) opitulatus est. Omni ergo cura, labore, studio, sollicitu  
dineq; & vigilātia eo cōuersis, vt nimium prohdolor laborātū  
Petri Nauiculę, subsidium diuinę dextrę impetraret, in mor  
bum incidit. Qui quum admirabili quadam nec satis intelle  
cta alternandi ratione, nunc auctu nunc decremento variaret,  
tandem sanctus Senex die q̄ egrotare cepisset Quadra  
gesimoprimo spiritum Deo omnipotenti reddidit. Antea ta  
men quum iam deficientibus animi & corporis viribus debi  
litate fieri inciperet, scitis ipsi Patres amplissimi, q̄ paterne  
& benigne vos corā accersitos, de voluntate sua nouissima,  
deq; reliqs Ecclesię necessitatibus alloqui admonereq; deside  
rauerit. Quod quum (extremis iam vrgentibus) perficere ne

41. sic egrotat  
tunc. st.

Quod quum (extremis iam vrgentibus) perficere ne

quiue  
operib  
simi/q  
alieni  
oppre  
fendiss  
mum p  
sis, aut  
catum  
gubern  
ciem d  
gisset,  
non,  
ingent  
nunci  
liorum  
hende  
medic  
de effi  
cta n  
q; gen  
spes n  
mittit  
gibus  
O ina  
corpe  
videb  
pliss.  
te inn  
Nosip  
mori  
e cor  
cium  
Patre  
mort

quiuerit, par piūmque est, bonum propositum preclaris etiam  
 operibus non inferius ducere. Scitis hoc quoque Patres amplif-  
 simi, quum ad Urbem veniens, Sedem Romanam tū e ris  
 alieni enormi magnitudine, tum bellicis pestiferisque cladibus  
 oppressam, Immo deformatā & propemodum labentem of-  
 fendisset, quā non libens, quā cunctanter & necessario, ad ea de-  
 mum presidia & medicamenta descenderit, quibus pretermis-  
 sis, aut despondere ilico boni Pastoris animū, aut certe Pontifi-  
 catum eminentissimū, & per tot iam etates tantaque cum laude  
 gubernatum, in perpetuam vel ignominiam vel etiam perni-  
 ciam demittere oportebat. Et profecto si longior illi vita conti-  
 gisset, nemo est (dum si deprauatos affectus seposuerit) qui  
 non, Vnius huius Anni actōz ratione perspecta, reliqua &  
 ingentia, & Christiano populo quā maxime salutaria futura pr-  
 nunciet. Ceterum ea Dei opt. max. ignorata sapientia consi-  
 liorumque altitudo, & sepe animaduersa est haectenus, & depre-  
 hendetur posthac sepius, vt que mortalis infirmitas ardua etiā  
 meditatione inceperit, continuo ipse destituat: contraque subin-  
 de efficiat, que ne cogitare quidem homines ausi fuerant. Cū  
 etā nihilominus ad sui diuini nominis gloriam, humani  
 que generis salutem, vtilitatēque dirigens. Sed o nihili incertaque  
 spes nostras! quibus certissima & firmissima nobis queque pro-  
 mittimus. O uanas & nimium raro exauditas preces mortaliū.  
 quibus longos vite Annos Principibus nostris neque expetimus!  
 O inania nostra preiudicia, quibus virtutes ceteraque animi &  
 corporis dotes admirati, Deum prius ea que nobis optima  
 videbantur concessurum credimus. Si quid damni Patres Am-  
 pliff. Si quid cladis, Si quod vulnus publice priuatimue mor-  
 te innocentissimi Pontificis acceptum est, Nos ipsi accepimus,  
 Nos ipsi feremus, Nos in eternum sentiemus, De quorum  
 moribus Deus opt. Max. quum illum sibi gratissimum  
 e conuictu nostro tam derepente sustulit, manifestum iudic-  
 cium fecit, clareque pronunciauit. Que quum sic se habeant  
 Patres ampliff. iam non ultra lugere Sanctissimi Pontificis  
 mortem, sed potius gratulari eximie felicitati illius conuenit.

Quippe quem ab usque pueritia singularem semper religionis  
Iustitiae: Charitatis ceterarumque excellentium virtutum cura  
ram habuisse monstrauius, Quemque primos aetatis Annos  
percipiendis docendisque sacris studiis, postremos autem Ec-  
clesiis & Regnis gubernandis impedisse audistis: Quid aliud  
restat, quam ut firma certaque fiducia existimemus enebuloso te-  
troque vitae huius Carcere liberatum, ad veram illam eternamque  
lucem euolasse, Certissimo, ac nunquam terminando caelestis bea-  
titudinis praemio, Illo videlicet incomparabili diuinae Maie-  
statis conspectu, perpetuo fruiturum.

Dixi.

*Habita Romae in Archidiaconi Petri*

*in Sacello Xysti. 1523. pridie*

*Calen. Iulii.*

*in summi Alexandri. 15. oratione*

*Sancti Hispani Caroli Surtani Secretarii*

*in festo Iulii. 15. J. P. Surtani*

*in festo Iulii. 15. Anno. 1523.*